

# Kanonisationsdekret betreffend den sel. Bruder Klaus

Autor(en): **Büchi, Albert**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **11 (1917)**

PDF erstellt am: **13.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-121235>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

# Kanonisationsdekret betreffend den sel. Bruder Klaus.

VON ALBERT BÜCHI.

---

Der selige Bruder Klaus von Flüe, von dem an anderer Stelle dieses Heftes noch des öftern die Rede ist und dessen fünfhundert-jähriger Geburtstag am 21. März 1477 begangen wird, starb im Geruche der Heiligkeit am 21. März 1917. Schon Kaiser Maximilian I. bemühte sich um seine Heiligsprechung nach dem Zeugnis des Chronisten Anshelm (1320), der aber dazu lakonisch bemerkt: «bleib uf ältere zit anston». Im Jahre 1590 beschlossen die VII katholischen Orte beim Heiligen Stuhl um die Heiligsprechung einzukommen; aber der erste Canonisationsprozeß (1591) hatte keinen Erfolg. Nach weiteren unablässigen Bemühungen erfolgte im Jahre 1669 seine Seligsprechung durch Papst Clemens IX und zugleich die Erlaubnis, den Seligen ins Offizium für die ganze Schweiz aufzunehmen. Neue Versuche unter Papst Pius IX., seine Heiligsprechung zu erlangen, führten ebenso wenig zum gewünschten Ziele. Dagegen erfolgte unter diesem Papste auf Veranlassung der Schweizer Bischöfe und des Schweizerischen Piusvereins am 28. September 1872 eine Entscheidung der Ritenkongregation in Rom, wonach die Voraussetzung theologischer Tugenden in heroischem Grade bejaht und damit die Fortführung des Canonisationsprozesses offen gelassen wurde. Die Entscheidung lautet nach einem Originaldruck im Wortlaut folgendermaßen:

DECRETUM CONSTANTIEN.

CANONIZATIONIS BEATI NICOLAI DE FLUE

EREMITAE HELVETII.

BEATUS NICOLAUS DE FLUE seu de Rupe nuncupatus primam aspexit lucem in Oppido Saxulae Constantiensis Dioceseos die XXI. Martii Sancto Benedicto sacra Anno MCCCXVII et in proxima Ker-

nensi Ecclesia Baptismatis lavacro ablutus est, ac dein congruo tempore sacro Chrismate confirmatus. Cum piissimi ejus parentes rei rusticae operam darent ipse post exactam mira vitae innocentia pueritiam agris colendis addictus, officium hoc recte explere satagit atque Parentibus suis in omnibus obsequentissimum se praebuit. Interim divinae legis servandae studiosissimus a peccato semper abhorruit, atque non modo exemplo sed etiam sanctis monitis proximos et praesertim coetaneos ad bonam frugem pro viribus adducere conatus est. Parentum desiderio obsequens piam ac probam uxorem duxit ex qua decem liberos suscepit, quos omnes ad virtutem informare studuit. Quum integritate morum, ac prudentiae laude praestaret Nicolaus supremis Reipublicae condecoratus est honoribus et inter Senatores adscriptus. Immo tantam suorum concivium existimationem sibi conciliavit ut ejus interventu duabus additis Regionibus Societas Helvetiae foedere aucta et confirmata extiterit. Verum Deo intentius serviendi aestuans desiderio terrenis rebus et familiae nuncium mittere statuit. Quapropter re mature discussa atque impetrato uxoris suae consensu, majori natu inter filios rei familiaris curam commisit. Deinde quinquagesimo aetatis anno nondum expleto superna virtute confortatus primo ad Liechstal se contulit, deinde in Vallem quae Ranfft appellatur secessit, ibique lignea extracta cellula adeo angusta ut in ea nec erectus stare posset, asperrimum vitae genus iniit. Siquidem rudem tunicam induit, nudis pedibus et detecto capite incessit, jejunium servavit severissimum, brevem super nudum asserem per noctem quietem sumpsit, orationi aliisque piissimis exercitationibus assidue vacavit. Saxulam frequenter pergebat ut sacro adstaret, et ad Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta accederet; quod postea praestitit in sacra Aedícula quae prope ejus cellulam erecta est, quin ei opus esset ut eremum desereret. Cum septuagesimum aetatis annum attigisset in osculo Domini sancto fine quievit anno MCCCCLXXXVII eodem ipso die quo in lucem prodierat. Post obitum fama sanctitatis ejus quae jam apud omnes Helvetios obtinuerat dum viveret, adeo increvit prodigiorum celebritate, ut populi ad ejus tumulum confluentes publico Eundem cultu prosequerentur. De hujusmodi Cultu Sacrorum Rituum Congregatio censuit constare utpote de casu excepto per longissimi temporis cursum super hominum memoriam ex actibus etiam excedentibus metam annorum centum, ac proinde a Summo Pontifice Innocentio X. sa: me: confirmatus est Decreto diei XXI. Novembris anni MDCXXXVIII. Cum autem Sacrorum Antistites et Catholica

Helvetiorum Societas a Pio IX nuncupata preces Eidem Sanctissimo Domino Nostro porrexerint ut in Causa Beati Nicolai ad ulteriora procederetur ; Sanctitas Sua apostolicam dispensationem concessit die XII. Augusti Anni MDCCCLXIX discutiendi Dubium de Virtutibus Beati Nicolai de Flue praefati antequam ex Decretis ad alia procedi valeat in Sacrorum Rituum Congregatione Ordinaria sine tamen interventu et voto Consultorum, sed solum reservata facultate Praelatis dictae Congregationi de more intervenientibus super eodem Dubio sententiam suam aperiendi. Quare ab E<sup>mo</sup> et R<sup>mo</sup> Domino Cardinale Aloisio Bilio Causae ejusdem Relatore ad humillimas preces R. D. Francisci Virili Missionarii Apostolici e Congregatione Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi et Causae Postulatoris proposito sequenti Dubio „ *An ita constet de praedicti Beati Nicolai Virtutibus Theologicalibus et Cardinalibus earumque adnexis in gradu heroico in casu ut procedi possit ad ulteriora ?* eodemque dubio diligentissime discusso ; E<sup>mi</sup> et R<sup>mi</sup> Patres Cardinales Sacrorum Rituum Congregationi praepositi Ordinariis Comitibus subscripta die ad Vaticanas Aedes coadunati mature expensis et examinatis omnibus in eadem Causa deductis, auditoque R. D. Laurentio Salvati Sanctae Fidei Promotoris Coadjutore rescribendum censuerunt : *Affirmative.* Die XXVIII. Septembris Anni MDCCCLXXII.

Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae IX. per me subscriptum Secretarium fideli relatione Sanctitas Sua benigne annuit, Rescriptumque Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit. Die III. Octobris anni ejusdem.

C. EPISCOPUS OSTIEN. ET VELITERN. CARD. PATRIZI

S. R. C. PRAEF.

Loco ✠ Sigilli.

D. BARTOLINI S. R. C. SECRETARIUS.

